pertinentia qualiter concedimus in prefato monaste-
.i. res hominum mouentium sine heredibus.
rio sct soplite. omnibus rebus defunctarum quarum
iuste rebus eidem monasterii fuerit. atque in ip-
sis rebus conlimitatum. Pariterque concedimus
in predicto monasterio. omnes illos liberos homi-
nes qui res proprias non habent. et in rebus ipsi(us)
monasterii resident ad laborandum. vel illos
quos sponte ibidem ad laborandum in antea venerint
et res proprias non habent. ut sint defensi ab omni
actione et cuncto servitio publico. Simulque & heres eor
concedimus in eodem monasterio omnes illas li-
beras feminas qui servis eiusdem monasterii
sibi sociaverint maritos. vel ille qui in an-
tea se ipsis sibi viros copulaverint. pariterque +
et ipsis servis cum filiis filiabus illorum in ipso
monasterio concedimus ut quomodo omnes
legaliter ad unum factum de venire debuerint
palatium. sic ipsis et illi in eodem monasterio
deserviant serviendum et dominandum.
Hec omnia qualiacumque superius legitur in eodem
venerabili monasterio concessimus. quatenus
a modo et deinceps pars iam prefati monas-
terii eiusque rectoribus predicta omnia qualiter
dicta sunt habendum et possidendum sine
ullius comitis gastaldeis seu iudicibus nostris.
vel cuiuscumque persone contrarietate. sed fa-
ciant in inde omnia quodcumque voluerint.